

# SCRIPTA

---

**Numéro Scripta :** 6517

**Autre(s) référence(s) :** Bates 172

**Auteur(s) :** Geoffroy, fils de Burchard de Brûlon [particulier]

**Bénéficiaire(s) :** Le Mans, Saint-Pierre de La Couture (abbaye)

**Genre d'acte :** charte

**Authenticité :** non suspect

**Datation :** 1068

**Action juridique :** donation

**Langue du texte :** latin

## Analyse

Geoffroy, fils de Burchard de Brûlon, donne les prébendes de quatre chanoines à l'abbaye Saint-Pierre de La Couture. Guillaume [Ier], roi d'Angleterre, confirme cette donation.

## Tableau de la tradition

### Éditions principales

a. Bénédictins de Solesmes, *Cartulaire des abbayes de Saint-Pierre de La Couture et de Saint-Pierre de Solesmes*, Le Mans, Monnoyer, 1881, n° 15.

b. Bates David, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, the Acta of William I (1066-1087), Oxford, Clarendon Press, 1998, n° 172, p. 568-570.

### Indications

Latouche Robert, *Histoire du Comté du Maine pendant le Xe et le XIe siècle*, Paris, H. Champion, 1910, p. 147, n° 35. Cronne Henry Alfred, Johnson Charles, *Regesta Regum Anglo-Normannorum 1066-1154*, vol. 2, *Regesta Henrici primi 1100-1135*, Oxford, Clarendon Press, 1956, Errata and Addenda to vol. 1, n° 25b.

## Dissertation critique

1068 ou 1074-1075 : datation proposée par D. Bates (voir BATES, *Regesta Regum Anglo-Normannorum*, p. 539-540).

Texte établi d'après b

In nomine sancte et individue Trinitatis. Ego Gosfridus filius Burchardi de castello Bruslonis, memoria presentium atque futurorum, mandari dignum duxi quoniam pater meus iamdictus Burchardus et mater mea Adelais prebendas quatuor canonicorum in ecclesia sancti Petri, que sita est in eodem castro Bruslonis, Deo servientium, cenobio beati Petri Culture dono dedit, quod ego Gosfridus et meus frater Burchardus annuimus, tali tenore ut dum ex ipsis canonicis aliquis obiret, prebenda eius in dominium monachorum deveniret. Pro duabus igitur prebendis meus iam dictus pater viginti libras denariorum accepit, quoniam iam duo ex prefatis obierant canonicis. Postquam vero meus obiit genitor, a supradictis monachis alteras viginti denariorum libras accepi, quatinus absque calumnia, post mortem duorum canonicorum qui adhuc vivebant, prebendas que restabant ut priores possiderent. Ego autem has quatuor prebendas, fratre meo annuente, cum burgo et terris pertinentibus, ad ipsum locum sancti Petri, ita concedo et honorifice annuo beati Petri Culture cenobio sicut meus pater possedit et ego, scilicet cum omnibus

consuetudinibus, id est vicario, theloneo, fornayio, banno, corvaria et moltura, si tamen in meo fevo molendinum habuerint. Quod si homo sancti Petri molturam reddere neglexerit, clamor ad monachum qui dominatus ipsum locum fuerit veniat, et negligentem distringens, forifactura sit sua, et mihi plane reddatur moltura. Retineo etiam theloneum cursarii mercatoris per viam terre monachorum gradientis, ita videlicet ut si inibi aliquid vendiderit aut emerit, theloneum meum sit. De omnibus autem aliis hominibus quicumque emerint aut comparaverint, theloneum reddatur supradictis monachis. Si vero mercator cursarius vel una nocte in terra monachorum prefatorum iacuerit, theloneum eorum sit. Sic de omnibus aliis qui in terra eorum aliquid vendiderint, aut comparaverint, theloneum eorum monachorum sit, excepto theloneo a media die secunde ferie usque ad noctem tertie ferie quod mihi retineo. Rixa vero si facta fuerit inter meos et monachorum homines in via publica terre sancti Petri, quam obtinere videntur ipsi monachi, forfactura mei hominis emendetur mihi, et forfactura hominis illorum emendetur supradictis monachis. Si quis autem ex nostro beneficio fevatus, dare aut vendere suprascripte ecclesie eisdem sancti Petri Culture monachis servientibus ... beneficio voluerit, ego et frater meus Burchardus libenter annuimus, tamen partem non totum, ut non meum perdam servitium.

Hoc igitur donum et donationis scriptum annuentes corroborarunt atque confirmaverunt inclitus rex Anglorum Wilielmus et eius filius Rotbertus comes Cenomannensis nobilissimus, Rotbertus quoque Burgundus meus dominus, illorum fidelissimus, Philippo rege Francorum regnante, anno ab incarnatione Domini millesimo LXmo VIIvo, indictione xiii.

Quicumque igitur hanc chartam nostre helemosine de nostris heredibus calumpniaserit, vel de istis rebus quas damus et annuimus minuere presumpserit, a Deo maledictus et excommunicatus sit, usquequo veniat ad satisfactionem et integrum emendationem. Testes huius rei sunt, dominus abbas Ascelinus, Guillelmus, Hermandus, Herbrermus, Herbertus, Iohannes, Goslinus, Rotbertus, Avesgaudus, Gislebertus, Ingelbaudus, Hoelus. Laici autem hi sunt, Gauzfredus qui hoc fieri preceptum iussit, Burchardus frater eius defensor, Herbertus de Fruinniaco, Drogo eius nepos, Orricus bastardus, Rotbertus filius Guiterni, Lisiardus de Gaudiaco, Teodericus filius Guidonis, Briardus, Herbertus frater Dragonis, Ivo de Mota Bruslonis, Gauzfredus Fraganus, Roscelinus, Willelmus filius Constantini, et Rotbertus Restivinus presbiter.

Dom+nus Ermaldus episcopus sign[um], Ingelbertus cantor, Hubertus canonicus+censu de Lavalli, Wandelbertus canonicus, Hernulfus clericus, Warnerius cubicularius.